



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

210 Beneficia quæ non iure possidentur an veniant in permutationem, &
ex ea incipiant iure possideri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

sint omnino personales, ita ut vacatio futura nulli possit alteri prodesse nec ius expectantis in alterum transferri arg. cap. P. & G. de off. & potest. iud. deleg. ubi ne delegata quidem iurisdictio poterit ad alias prorogari personas, quod plenius explicat Senensis d. Tract. de permut. quæst. 13. Sequitur hinc, & eos qui beneficia quidem habent sed non iure habent, ut Simoniaci vel similes alij legitima seu canonice provisione carentes atque destituti, permutando talia beneficia cum beneficiis aliis causam suam nihilo facere meliorem. Nam tamen si nova post resignationem interueniat collatio nouaque per hanc titulus, mens tamen Collatoris alia non est, nec alia esse iure potest, quam ut ne plus transeat iuris in alterum permutantem quam habuerit permutans alter; qui quoniam nihil habuit iuris, nihil quoque per viam permutationis transferre potuit in alterum. quare pessimo quodam sibi consulit emplastri genere qui pro beneficiis male partis & quaesitis alia sibi pro illis per viam permutationis nundinatur beneficia. Tantè scilicet est momenti beneficia verè esse sua. i. ipsorum permutantium propria seu canonicè quaesita. Meminit huius & idem Senensis d. Tracti quæst. 10. Facit hinc etiã cap. cum venerabilis. de except. ubi pontifex verissimè rectissimeque scribit, permutationem cum alio quàm cum domino vel cum eo qui habeatur loco domini legitime non celebrari. quod ait cum eo qui habeatur loco Domini, pertinere videtur ad bonam fidem permutantis cum altero

210
Beneficia que
non iure possi-
dentur an ve-
niant in per-
mutationem,
& ex ea inci-
piat iure pos-
sideri.

altero non habente ius ideoque suum recuperare vel potius ad suum redire nequaquam prohibiti, licet alter compermutas omni remedio destituatur. Quidnam de Comendatariis dicitur? poteruntne permutare vel inter se vel cum aliis, nec ne? Non poterunt sine consensu commendantis; eo quod non domini vel quasi domini seu proprietarii sint, id quod hic requiritur, sed administratores duntaxat iique temporarii, donec absolute de beneficio constituitur c. nemo deinceps. §. de Elect. quod post Interp. nonnullos alios antiquiores prudenter adnotavit Ioan. de Selua sui Tract. de Benef. parte 3. q. 33. nu. 2. ne pluribus nunc ociose recedendis immoremur. presertim cum sit evidens, huiusmodi comendas quae dicuntur, privilegio mere personali quod in alios transire nequit quibusdam solere committi.

Non importune fortassis hoc loco quaeri posset de Prioratibus obediensariis, qui dicuntur, ab alio videlicet monasterio dependentibus & eius Abbati subiectis, an & hi veniant in permutatione: sed quoniam tales priores ad nutum Abbatis quocumque tempore reuocari possunt, unde obediensarii dicuntur & ipse prioratus nominatur Obediensaria. c. 2. §. prioratus quoque & c. cum ad monast. §. Tales. vers. nec alicui committatur aliqua Obediensaria perpetuo possidenda. de statu monach. & can. Regul. nec titulum dicuntur habere perpetuum, superioribus conformiter dicimus permutari prioratus istos vel inter se vel cum beneficiis aliis non posse. nec enim priores isti possunt iure suos appellare Prioratus,

h iij quos

211
An Comen.
de permuten-
tur.

212
Obediensarii
Prioratus an
permutari
possint, &
beneficia ma-
nualia, &
unde dicatur
manualia.